



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarivs Martini Lvtheri in Ionam Prophetam

Luther, Martin

Haganoæ, [15]26

VD16 B 3890

Ionae Prophetæ, Capvt Primum, iuxta hebræum fontem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35968

IONAE PRO

PHETAE, CAPVT PRI

mum, iuxta hebræum

fontem. *Constat 8 ff*

ET factum est Verbum Domini ad Ionam, filium Amithai dicens, Surge, uade Niniuen, quæ est urbs magna, & prædica in ea, quoniam ascēdit malitia eorum ad faciem meam. Et surrexit Iona, ut fugeret ad mare, a facie domini, descenditque usque Iapho, ac reperit nauim, quæ transiret mare, dedit nauulum, & conscendit in eam, ut una cum illis mari se committeret, a facie Domini. Porro, Dominus attulit uentum uehementem super mare, ortaque est tempestas magna

I O N A

in mari, ita, ut sese naufragium pas-
suros uererentur.

Itaq; timuerunt gubernatores, &
clamauerunt, quisq; ad Deū suum.
Proiecerūt autē armamēta & uasa,
quæ in nauī erāt, in mare, ut ita leui-
or fieret. Iona uero descēdit ad in-
feriora puppis, et quieuit et dormiuit.

Et appropinquauit ad eum nauta,
dixitq; ei, quo tibi somnus? surge
clama ad Deum tuū, si forte memi-
nerit nostri deus, & nō pereamus.
Et dixerunt quisque ad proximum
suum, Venite & faciamus cadere
sortes, & agnoscamus per quē no-
bis malum hoc. Feceruntq; cadere
sortes, & cecidit sors super Ionam,
qui dixerūt ad eum, Indica age no-
bis, quare, & unde malum hoc no-
bis

bis

I O N A

bis : quod geris negotium : unde uenis : quæ patria tua : & de quo populo tu : Et dixit ad eos , Hebreus ego , & Dominum Deum caelorum ego timeo , qui fecit mare & aridam . Timuerunt ergo uiri timore magno & dixerunt ad eum . Quid hoc fecisti : quia nouerant uiri , quod a facie domini ille fugeretur , quoniam indicauerat eis . Et dixerunt ei , Quid faciemus tibi , ut cesseret a nobis mare : quoniam mare commouebatur atque tempestas , dixitque ad eos . Tollite me , & proiicite me in mare , tum cessabit a uobis mare . Noui enim ego , quod propter me tempestas hæc magna super uos . Et remigarunt uiri ut redirent ad siccum , & non potuerunt

I O N A

runt, præ uehementi maris procel-
la quæ super eos irruebat. Clama-
runt igitur ad dominũ & dixerunt,
Obsecramus domine, eia ne perea-
mus propter animam hominis hu-
ius, & ne des super nos sanguinem
innocentem, quoniam tu domine,
quemadmodum uoluisti fecisti. Tu
leruntq; Ionam, & proiecerunt in
mare, & stetit mare a furore suo. Et
timuerunt homines timore magno
dominũ, & immolarũt uictimã do-
mino, & uouerunt uota. Et parauit
dominus piscem magnum, qui de-
uoraret Ionã. Et fuit Iona in uentre
piscis, treis dies, totidẽq; noctes.

C A P V T S E

C V N D V M.

Ora